

Kreis  
Steinfurt

S. 207.

1285 Dezember 3 Schloß Steinfurt.

[105 207]

Der Edle Baldewin von Steinfurt verkauft der Kommende das Erbe Hagen im  
Kipl. Haafsbergen, Gelderland.

Nos Baldewinus, miles, nobilis dominus de Stenvorde, omnibus presentes  
litteras visuris et auditoris notum facimus, quod nos de consensu et volun-  
tate domine Elizabeth uxoris nostre, Ludolphi filii nostri, Lise et Lutgardis  
filiarum nostrarum domum nostram dictam Hagen sitam in parochia Hukes-  
berge cum hominibus, pratis, pascuis et nemoribus ac omnibus aliis attinentiis  
vendidimus viris religiosis commendatori et fratribus domus hospitalis sancti  
Johannis baptiste in Stenvorde pro XVI marcis Monasteriensium legalium  
denariorum nobis immediate et ex integro persolutis. Cuius domus proprie-  
tatem cum omni iure, quod in ea habuimus, in prefatos commendatorem et  
fratres transferimus per presentes, renunciantes etiam pro nobis et nostris  
successoribus omni actioni, quam in dicta domo vel hominibus nobis con-  
tingere posset vel deberet. Ad maiorem vero certitudinem nos una cum  
filio nostro Ludolpho promittimus, quod Elizabeth filia nostra, que tunc  
temporis Vrankensten erat, dictam domum et homines resignabit, sicut frater  
et sorores alie resignaverunt, et promittimus dictis fratribus super dicta domo  
plenam prestare warandiam, quamdiu de iure tenemur. Datum et actum in  
castro nostro, presentibus castellanis nostris Hermanno et Richardo dictis de  
Legden, Cesario de Heck militibus; Johanne de Bredereck tunc temporis  
officiale, Renero de Legden, Egberto de Legden, Ludolpho de Wllen et  
Bernhardo de Velen et aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini  
M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxxv<sup>o</sup>, feria secunda post festum Andree. In cuius rei testimonium  
sigillum nostrum presentibus est appensum.

Kopie im Kopiar B. fol. 78\*; danach Registr Niefert V. S. 77, Nr. 7.